et fecit exercitum magnum, et fuit usque ale porte di Damasco,

1002 Oto tertius †

1004 Fecerunt bellum Pisani cum Lucensibus in Aqualonga, et vicerunt illos

1005 Fuit capta Pisa a Saracenis

1006 Fecerunt Pisani bellum cum Saracenis ad Regium, et gra dei vicerunt illos in die S. Sixti

1012 Stolus de Ispania venit Pisam et destruxit eam.

1016 Fecerunt Pisani et Ienuenses bellum cum Mugieto, et vicerunt illum.

1017 Fuit reversus Mugietus in Sardineam, et cepit ibi civitatem aedificare atque homines vivos in cruce murare. Et tunc Pisani et Ienuenses illuc venere, et ille propter pavorem eorum fugit in Africam. Pisani vero et Ienuenses reversi sunt Turrim; in quo loco tunc insurrexerunt Ienuenses in Pisanos, et Pisani vicerunt illos.

1022 Obsedit Enricus imperator Troiam

1024 Enricus imperator †

1028 Cunradus coepit regnare in Italiam.

1030 In natiuitate Dñi Pisa exusta est.

1035 Pisani fecerunt stolum in Africa ad civitatem Bonam. gra Dei vicerunt illam.

1052 Bonefacius marchio † 2 non. Mai

1055. Fuit bellum inter Pisanos et Lucenses ad Vacule. Pisani vero vicerunt eos. illos.

1056 Conradus imperator †

1065 Pisani fuerunt Panormam. gra dei vicerunt illos in die sancti Agapiti

1066 Venerunt Ienuenses cum stolo ad fauces Arni.

1070 Gottefredus dux et marchio † obiit

1072 Iverunt Pisani ad portum Dalfini, et fuerunt in gravi periculo, iudicio Dei non hominis.

1077 Comitissa Beatrix † 14. K. Mai. – (Mai)

1079 Ienuensis stolus usque ad fauces Arni occulte devenit. Tunc strenue Pisani concite in eos surrexerunt et fugaverunt illos usque ad Venerem portum. Hoc factum est in die sancti Cassiani

1079 Ienuensis populus per latrocinium ad Vadense castrum devenit. Tunc Pisani manifeste ad Rapallum viriliterque perrexerunt, et castrum igne succenderunt, et plurimos eorum gladio interfecerunt, viros ac mulieres manibus post tergum ligatos captivos tripudianter perduxerunt. Tunc Pisani hoc triumpho revertentibus Ienuensibus obviati sunt, et pene usque